

# **Mythologia, Venise, 1567 - II, 08 : De Neptuno**

**Auteur(s) : Conti, Natale**

**Collection Mythologia, Venise, 1567 - Livre X**

*Ce document a pour résumé :*

[Mythologia, Venise, 1567 - X \[15-16\] : De Neptuno](#)

---

**Collection Mythologia, Francfort, 1581 - Livre II**

[Mythologia, Francfort, 1581 - II, 08 : De Neptuno](#) est une version augmentée de ce document

---

**Collection Mythologie, Paris, 1627 - Livre II**

[Mythologie, Paris, 1627 - II, 09 : De Neptun](#) est une transformation de ce document

---

**Collection Mythologie, Lyon, 1612 - Livre II**

[Mythologie, Lyon, 1612 - II, 08 : De Neptun](#) est une transformation de ce document

---

## **Informations sur la notice**

Auteurs de la notice Équipe Mythologia

Mentions légales

- Fiche : Projet Mythologia (CRIMEL, URCA ; IUF) ; projet EMAN, Thalim (CNRS-ENS-Sorbonne Nouvelle). Licence Creative Commons Attribution - Partage à l'Identique 3.0 (CC BY-SA 3.0 FR)
- Images : Münchener DigitalisierungsZentrum (MDZ).

## **Citer cette page**

Conti, Natale, *Mythologia* Venise, 1567 - II, 08 : De Neptuno, 1567

Projet Mythologia (CRIMEL, URCA ; IUF) ; projet EMAN, Thalim (CNRS-ENS-Sorbonne Nouvelle)

Consulté le 17/09/2025 sur la plate-forme EMAN :

<https://eman-archives.org/Mythologia/items/show/810>

## **Présentation du document**

Publication Venise, Comin da Trino, 1567

Exemplaire Munich (Allemagne), Münchener DigitalisierungsZentrum (MDZ) , Res/4  
Ant. 50

Formatin-4

Langue(s)

- Grec ancien
- Latin

Pagination51r°-54v°

## Des dieux, des monstres et des humains

Entités mythologiques, historiques et religieuses[Neptune](#)

Notice créée par [Équipe Mythologia](#) Notice créée le 30/04/2018 Dernière modification le 25/11/2024

---

ueniente Vulcano præcipue. Nisi litigii & amicitia sunt Mars & Venus intelligendi, quorum utrumque opprimit Vulcanus, siue calor immodicus, prædictusque vincit, neque ita illa suis funguntur viribus. Ad exprimendū igitur quod symmetria necesse fariā est rebus naturalibus, ista fabulosè cōfinixerunt. Hunc cūdem Deum & Solem esse aliquando putarom superias exp̄ressimus, & apud Aquitanos Hispaniz populos Martis simulacrum radiis ornatum eximia religione cultum fauisse memorix prodicetur. & ratio ipsa, naturaque videtur expetere ut corpora illa superna, quæ calorem rēbus inferioribus inferunt, dominib⁹ potius, quam te ipsa sine diuersitate. Et Homē lib. v. lījaq. Martem viam igneas videatur potuisse cum inquit;

Infurgit veluti Mars frenus, igne vel vis.  
Bellonam aurigam Martis populatoꝝ sacerdūtū, quis aer pessifer est mortis autiga, & artifex. Quod Mars omnium Deorum fortissimus & velocissimus arte Vulcani fuerit rebus implicitus, & debilis & claudicans & cardī Dei, quid aliud significat, quam sceleratos homines nullis viribus, nulla pedum celeritate fretos potest Dei vindicis omnium flagitorum iram deuitare? quod etiam innuit Theognis his versibus;

qui spatiis fulvoꝝ duxit rōsus hīc p̄p̄a fūlīs

x̄p̄oꝝ, — iñ dīs dīs dīs p̄lērātū.

Vel celerem tardus comprehendit Cyroe secutus

In iustum cursu, huic numina cuncta furent.

Atque tot de Marte dicta sunt, nunc dicendum de Neptuno.

De Neptuno Cap. VIII.

**N**eptunus Saturni & Opis filius, ut dictum fuit; eandem sortem, patrisque crudelitatem expertus prop̄ eum, quam ēt Iupiter. Nam cū Rhea Neptunum peperisset, puerum in oculi absconditum opilionibus educandum inter agnos tradidit, atque pulum equinum, quem se simulabat perperisse. Saturno, ut fabulatur, vorandum tradidit. Ilacius Neptunum educatum fuisse scribit ab Arno nutrice, quam ita appellatam fuisse dicunt, quia querenti Saturno Neptunum lesson habere responderit, ac negauerit; ex quo etiam ciuitas Ilaciota ita vocata fuit, quæ antea Sinousa dicebatur, ut script̄. Theseus libro tertio rerum Corinthiacarum: cum alii ab agnotum multitudine maluerint dictam fuisse, inter quos fuit Crato. Alii contra putarunt Neptunum a Iunone educatum fuisse. Hic cum Iouis socius & adiutor fuisset in bellis, post Saturnum ē regno depulsum iacta sortibus de totius mundi imperio, mite & omnes insulas, quæ in mari existunt, tenere cū imperio sortitus est Neptunus; cum celum Ioui, infernum locus, ut diximus, Fluconi obtegisset. uxorem habuit Amphitriten, quam cum deperefret, neque in amore eius vilo pacto pollet allicere, Delphinum misit, qui eam ubi conciliaret, persuaderetque ut maritum Neptunum exquo animo ferret. Id cū Delphinus impetrasset, ad perpetuam tanti beneficii memoriam dicitur Delphini lignum inter sidera relatum, ut ait Hyginus in fabulis stellarum: si que Delphinus est non longe à Capricorno collocatus, ut scripsit Aratus in Allionum quis.

10  
O 1

20  
O 2

30  
O 3

40  
O 4

FATNA

## Mythologiae.

Quæ carmina ita sunt alicubi eleganter expressa;  
Tum magni eutrens Capricorni corpora propter  
Delphinus iacet, haud nimio lustram' nitore.  
Præter quadruplices stellas in fronte locatas,  
Quas inter uallum binas differminat unum.

- Alii** Veniliam fuisse Neptuni uxorem crediderunt. Scriptum reliquit  
Lucianus in Sacrificiis Neptunum nigros habuisse capillos, & oculos  
exules, ut ait in primo Cicerò de natura Deorum: quem quidam cum  
**tridente** & concha aliquando introduxere poetæ; aut qui indutum putar-  
sunt vestem habere cyaneam dixerunt, ut ait Phurnutus. Memorix pro-  
didit Pausanias in Arcadicis Neptunum ptimum equitandi artem inueni-  
se, quod etiam Pamphì antiquissimi hymnographi testimonio comproba-  
tur, qui Neptunum equorum, rostratarumque & turritarum nauium largi-  
torem vocavit. Ac Sophocles videtur apud Athenienses, ubi erecta postea  
fuit Academia, Neptunum primum iuxisse equos putasse, ut patet in  
his ex Oedipode in Colono;

Δῆμος μητρὸς ταῖς πόστε δύναται  
Αὐχένα πάσιν οὐ,  
Εὐτελεῖ, τελετεῖ, τελετείτε.  
τοῦ μητρὸς, τοῦ πάπινος  
τοῦ λευκοῦ, τοῦ πατρού  
τελετεῖ τοῦ πάπινος χάλιτος.  
Μυνος μεγάλου δρόμον dicere.  
Gloriam maximam,  
Equis, pullis, mari bene imperitantem.  
Ο fili Saturni, tu enim ipsum io  
Hanc ducis gloriam, Rex Neptune  
Equis moderans freno.

- 30** Apollonii vero enarrator Sesonchosem Aegypti Regē qui post Orum Ifi-  
dis ac Osiridis filium regnauit, quem nonnulli Sesostrim vocarunt, primum  
inuenisse equum ascendere scribit, quod affirmauit & Dicxarchus in libro  
secundo rerum Aegyptiarum: quod tamen quidam Oro acceptum ferunt.  
Neptunum idcirco finxerunt poetæ in curru vehi super æquore, ut senit  
Apollonius in libro quarto;

Αἴγα πατέρας λεπτότερον  
καὶ αἰδίου ἀμφιτρίτη  
quam mobilis Amphitrite  
Neptuni celerem currum apto tempore solvet.

- 40** Orpheus in hymnis curtum hunc à quatuor equis trahi solitum scribit, ut  
est in eo versu;

καὶ πλεύει, καὶ περιπέτει, τερπόπος Ἀρπα δίδειτο,  
Quadriugum impellens curtum, summo æquore labens.  
Alii maluerunt eius currum trahi a vitulis matinis, quam ab equis: quippe  
cum eo tempore equum inuenisse dicatur, cum in Areopagum cum Mi-  
neru in contentionem descendit de nomine Athenis imponendo, cum ipse  
equum hominibus, Mineru oliuam munus attulit, ut scripsit Plutarchus  
in Temistocle. Aedificauit mania Trojana Neptunus, qui hac de causa

Laome-

Laomedonti Trojanorum Regi seruiuisse dicitur. Cum Iouem ligare Dii voluerunt, id Iupiter cognovit è Thetide, ac in exteros quidem Deos animaduertit; & Neptuno atque Apollini iussit ut Laomedonti seruirent dum Troiam edificaret. Laomedon diuinis honoribus prosecutus est Apollinem, ac Neptunus ubi diu seruiisset, nullamque accepisset mercedem, indignatus horrendum ac infelissimum cetero immisit, quod mare euomens riuieram regionem inundauit. illa de causa & filiam Hesione cetero exponere iussus est ab oraculo Laomedon, & multa alia incommoda inde sunt consecuta. At Herodotus non verum esse inquit, qd Laomedonti Neptunus & Apollo seruierint, sed datu esse locum fabule, quia pecuniam Neptuni & Apollinis sacrificiis dicatam Laomedon ad extruenda moenia ciuitatis conuerterit. at qui Virgilius Neptunum scribit suis manibus Troiam edificasse, ut est in libro nono;

an non videtur moenia quandam  
Quamvis Ouidius in epibola Paridis moenia Troiana Apolline lyram pul-  
sante edificata fuisse inquit his carminibus;

Ilion aspicies, firmataq; turribus altis

Moenia Phœbeæ structa canore lyrae.

Com Amphitrite vxorem, ut diximus, haberet, infinitus propè filiorum est numerus, quos ex variis Nymphae & pellicibus suscepit. Pheticem habuit enim è Lybia & Belum & Agenorem; è Caleno vna Danaidum Galenum; Nauplium ex Amymone; ex Ori filia Laide Althepon; Anceum ex Astypalæa & Periclymenum & Erginum. ex Alcyone Atlantis Anthamum; Hippothoum ex Alope Certioris; Asopum ex Cecusa; Orionem ex Brylle; Tritones alterum cum Eurypylo è Celxeno, alterum ex Amphitrite. Palmonem & Nelcum è Tyrro; Delphum è Melantho; Minyum è Callirhoe; Erycem è Venere; Ogygum ex Alitura; Taphium ex Hippothoe; Cygaum alterum è Cayce, alterum è Seamandrodice. Minyas è Tritogenia filia Acoliti; è Midea Nympha Aspledonem; Parnasum è Cleodora; Eurypylum & Euphemum è Meconica. Neque vero h̄i solum filii eius commemorantur, sed Euphemus p̄xterea, qui proreta fuit in Argonauti: Amycis, Albion, Aello, Antaeus, Amphimarus, Aethusa, Aon, Actorion, Borgion, Brontes, Buthis, Certior, Crocon, Cromus, Chrysor, Cenchreus, Chrysogenea, Chius, Dorus, Euphemus, Irceus, Lelex, Lamia vates & sibylla, Halirrhodus, Leifrygone, Megateus, Mesapus, Ephialtes, Nycteus, Melion, Nausicous, Othus, Occipite, Polypheus, Pyracmon, Phorcus, Pelasgus, Onchestus, Pegasus, Phocus, Peratus, Siculus, Sicanus, Steropes, Tarus, Theseus, Tarantus, Hyrcanus, ut alios infinitos propè p̄xtermittam. nam plures quam octoginta me legisse memini; quos tamen omnes non putauit hic esse numerandos. qd si verum est id, quod scribitur à Zeze in historia 51.

chil. a. multò etiam plures fuitur Neptuni filii. inquit enim;

τετρακοντα μηδενιστας, επει ταυτα τους αερούν,

τετρακοντα φίλοις, ορθάς φαντα την περιβολήν.

Elatos animo enim omnes, & omnes strenuos

Filos, & amicos dicunt, & amatos à Neptuno.

Hunc aliquando venisse in contentionem de artificio cum Minerua & Vulcano scriptit Lucianus in Hermotimo: quo tempore Minerua domum ex cogitauit, hominem fecit Vulcanus, Neptunus taurum, atq; ea de causa crederunt

## Mythologiae.

siderunt posse Neptunum primum equos domuisse. Quod illi in orbis divisione maris imperium contigit, iam dictum fuit superius. Scriptum reliquit Herodotus in Polymnia Thessalos dicere solitos Neptunum lacunam fecisse, per quam fluat Peneus; idque iure patari censuit ab his, qui Neptunum terram concutere existimant: nam loca distantia interieccio maris spatio sunt opus huius Dei terrae motus, quod etiam Neptunus fecisse dicitur. Hec est Herodoti sententia, qui iuxta opinionem antiquorum vim aquarum eam esse terrae motuum credidit, at non ventos sub terra inclusos, qui erumpere conentur, ut scriptit Aristoteles libro tertio Meteororum, & Lucretius lib. 6. in his;

Quod nisi prorumpit, tamen impetus ire animat,  
Et ferat vis venti per crebra foramina terrae  
Dispergit, ut horret, & incutit inde tremorem.  
Huius Dei duplex erat munus: & nautantium curam habere scilicet, &  
equorum; ut in hymnis Homerus scriptum reliquit;

AEGAEI MARIS. qui etiam libatoe, qui iuxta agmina Hec sunt  
Tenuerit perit' omnes, tenebris reo.

Bina tibi superi Neptuno munera donant.

20 **F**lectere equos, regere & naues, quæ marmora fulcant.  
Quæ eadem scripta sunt & in hymno Orphei, idcirco Hippii: sive Equestris  
Neptuni: xdes fuit in Arcadia apud flumum Milaontem, ut sit Pausanias in  
Arcadicis, & Prosclystii sive inundantis: qui est ita appellatus, quia quo tempore Inachus, & qui cum eo erant in consilio, terram Argivorum Iunonis  
esse debere nuntiarunt, maxima pars agri fuerit inundata atque summersa.  
Deinde Iunone Neptunum precente ut mare deduceret, per quem locum  
telfluxit, in eo Argivi Prosclystii Neptuni delubrum erexit, ut est apud  
Paus. in Corinthiacis. Ad huius rei memoriam fortasse factus fuit & dia-  
tor Neptunus apud Athenienses vndam proficeret, ut est in Atticis. Multa  
sunt denique cognomina, quæ propter varijs euentus huic Deo sunt attributa, ut Taurius, Phitalius, Heliconius, Temonius, Onchelius, Speculator, natalitus, Hippocrius, Crenelius, Gæochus, Domatitius, Pater,  
Rex, Aegaeus, Taraxippus. Plutarchus commemoravit in vita Pompeii  
tria templia fuisse Neptuni opulentissima, vbi loca Deorum a Piratis spo-  
liata recenseret: quorum unum in Isthmo, aliud in Tenuo, aliud fuit in Cala-  
bria. Huic Deo taurum immolare consuerunt, ut ait Homerus in libro  
3. Odiseæ;

Cyanos crines taurus maestetur habenti.

40 **S**ic Virgilius libro quinto:  
Taurum Neptuno, taurum tibi pulcher Apollo:  
Quod genus victimæ: illi maestari iusit oraculum. ferunt enim aliquando  
euenisse Corcyra, ut multis bobus per bellum Persarum relatis taurus ē  
pastu rediens Iepius in pelagus mugitus ediderit, ibi⁹ per totum diem cō-  
flitterit: deinde cum ad mare bubuleus descendisset, magnum atque infinitum  
propè thunnorum numerum conspexit, quod significauit Corecritis. Illi  
tum capere thunnos conati operam luserunt; quare sciscirantibus oraculū  
postea responsum est Neptuno taurum maestari oportere; qua re peracta in-  
credibilem piscium numerum cepere, ut sit Paus. in Phocicis. quamvis thun-  
nus

nus aliquando maſtari Neptuno conſueuit, ut ſcriptum eſt ab Antigono Caſſilio in lib. de Dictione . Neptunum magnorum Deorum marinorum ac nympharum manus commitabatur, quorum nonnullos ita numerauit Virg.

Tum varia comitum facies, immania ete,  
Ec senior Glauci chorus, Inouisque Palmon,  
Tritonesque citi, Phorcique exercitus omnis.  
Leua tenet Theris, & Melite, Panopxaque virgo,  
Nifze, Spioque, Thaliaque, Cymodoctaque .

Hunc in variis formis ob amores fuſſile mutatum ſcripsit Ouidius lib. sexto  
maioris ſui operis. Hęc ea ſunt, aut certe non multò plura hi, quae de Ne-  
ptuno fabulosę dīcta ſunt ab antiquis scriptoribus. Nunc quid ea ſignificant,  
perquiramus. Iam primum omnium quid ſit Neptunus ita explicat Cicero  
in primo libro de Natura Deorum, de Chryſippi leuentia; qui que aer per  
maria manaret, cum eſſe Neptunum Veruntamen non aer impliciter per  
maria manans, ſed iſpum aquę elementum Neptunus plerunque nominaz-  
batur; aut aliquando Spiritus ille ac mens diuina, qua per maria eſſet diſſu-  
fa, totamque aquę naturam ac molem a corruptione preſeruaret, quod qui-  
dē nihil aliud eſt, q̄ anima per elementa diſſufa, ſicut in animalibus eſt, & in  
plantis. Vbi enim illa receſſerit, ſive harmonia ſit, & quædam ſymmetria, ſi-  
ne numerus ſeipſum mouens, ſive diuina quædam & immortalis ſi-  
cus ad corruptionem ſtatim properare neceſſe eſt. Quare etiā elementa no-  
biſ non viuere apparent, tamen diuina quædam virtute & potentia feruante  
ab interitu ita ſunt commixta, itaque fermentata, ut ab ea feruentur a corru-  
ptione. Hanc vim diuinam in æthere louem, in aere lunonem, in aqua Ne-  
ptunum, & in ſingulis horum partibus variis Deorum nominibus appella-  
runt antiqui. Quod Saturno ereptus clam fuit Neptunus, & quid Saturnus  
fir, & quo pacto crudelitati saturni erepta fuit elementa, dictum eſt ſatis ut  
arbitror, cum de loue & de Saturno loqueremur. At cur ab Arno fuit edu-  
catus? quia nullam fidem preſtantam eſſe pelago experiuntur nauigantes.  
Nam quo tempore recens fuit Arnaus nutricis Neptuni memoria apud anti-  
quos, non fuit tanta nauigiorum multitudine mare ſollicitantium & prop̄  
infenſantium, nec ut ait Lucretius lib. 5.

turbida ponti

Aequora ladebant naues ad laxa, virosque.  
Nec temere incurſu fluētus mare ſæpe coortum  
Squibat, leuiterque minas ponebat inanes.  
Nec poterat quenquam placidi pellacis ponti  
Subdola pellicere in fraudem ridentibus vndis.

Quid enim verius de mari dici poſteſt, quam nullam illi eſſe conſtantiam? nā  
cum leuissimus ventorum ſatus aliquando exicerit, tata oritur tempeſtas, 40  
ut irat̄ vnde in cœlum minaces iuſurgere appareant, atque incredibilis ca-  
rum fremitus vel ē lōginquis montibus exaudiatur. Huic Deo taurus niger  
merito immolabatur, quod tauri & furorem & mugitum imitaretur Neptu-  
nus. Hoc vero dicebatur eſſe Amphitrite, qua nihil aliud eſt, quam ipſa  
aqua, ut in Cyclope ait Euripides;

*Nraū iu' ixta h̄a, q̄d' m̄p̄ ſi tuq̄d̄s,  
Al iuſterp̄i v̄ndi exph̄d̄us vndi.  
Ego vādū pertransco exēcū licet,*

O Per

## Mythologiaz.

Per Amphitriten hanc meo incedens pede.

Quam Amphitriten glaucam & piscesam nominauit Orpheus in Argonautis, cum illa sint maris, at non alicuius Dei propriæ adiuncta;

*Fasciculus in his textis auctio propter glaucam.*

Glaucam, piscesam, immensam simul Amphitriten.

Hec cum aquæ sit, dicitur vxor Neptuni, cum is sit spiritus, ut dicebam, per uniuersam aque molem diffusus, & tanquam anima ipsius aquæ elementi est enim Amphitrite corpus & materia humoris omnis, qui vel circa terram est, vel intra terram ipsam includitur. Neque aliud significare voluerunt il-

10 li, qui delphinum Neptuno Amphitriten conciliaſſe fabulantur, quam omnium marinorum piscium maxime ingenio & cognitione, corporisque celeritate Delphinum preſtare; cum reliqua marina animalia prope stupida ſint quæ profundius habitant in mari propter indigēti a sole humoris copiam; ita ut de nonnullis merito dubitent an ſint animalia dicenda. Fieri tamen potuit, ut homines hi fuerint ita vocati, ad quorum gratiam illa fuerint ſecta, ita ut possint etiam ad rerum naturalium morumue rationem accommodari. Neptuni forma, quæ ſingitur a poetis, quid aliud eſt, quam maris vel natura vel color? quis enim dubitat. Cyaneum colorem eſſe aquæ marinæ? Rutilus nudus Neptunus nihil aliud eſt, niſi dulcium aquarum na-

20 tura. Ille enim aquæ ſunt ſaluberrimæ, quæ nullum habeant colorem, aut qualitatem apparentem. Tridens vero quæ habet Neptunus pro ſceptro, triplicem illius ostendit potestatem, quod habet facultatem ſciilicet tollendi aquoris & placandi & ſeruandi. Dicitus eſt equum prior inueniſſe, & equitan di peritiam, quoniam quidam vocatus Neptunus vir Thessalus prior omnibus equitandi artem excogitauit: quamuis non defunt qui ad nauigationem id referant, quoniam videntur nauigia ſuper mariſ dorſo quaſi equitare. Dicitus eſt Neptunus vehi curru ſuper aquore comitantibus Tritonibus, ac marinis monſtris; quia cum multo vndarum ſtrepitū vndis quafi rotis carinæ ſubieſtis naues videntur deferri per tempeſtates. Hoc ita eſſe probatur

30 Plutarchi testimonio, qui ſcripſit in vita Themistoclis ea de cauſa locū datum eſſe fabulæ de contentione Palladis ac Neptuni de nomine Athenis imponendo, quod Neptunus equum, Pallas oliuam attulifer, & promunereum preſtantia iudicati ſunt; quia ſunt pars de deo tam apere matris pueri genitrix & amarae, ut ſolitare, qui emulatur (τε τὸν αἵματος, οἷον τὸν χύμα φυγεῖσαν, τὸν μὴ τὸν ἀλιτρὸν πόλεμον λέγεται, δι' ποσὶν μὴ τὸν χύμα τὸν μετανάστην τὸν μεγίστου διετεῖαι, ιδεον). Illi ſanc, ut ſe runt, cum ſtudarent ciues a mari retrahere, ut affluſcerent viuere vel non nauigantes, ſed regionem arboribus ornantes, ſermonem illum vulgarunt, quod Neptuno de regione contendente Pallas oliuam iudicibus obtulerit, ac vicerit. Quia in contentione ſi Ne-

40 ptunus equum obtulifer, ac niſi pro nauigio intelligeretur equus, quo patto viderentur ciues a nauigatione reuocari? Dicitus eſt Neptunus & Apollo Laomedonti Troianorum Regi ſeruinfie, quoniam is pecuniam horum Deorum ſacrificiis dicatam in ſuam veſtitatem & ad extrema mœnia ciuitatis conuerterit, quam tamen facerdotibus non reſtituit, ut promiferat. At calamitates, quas pro negleſto Neptuno paſſus eſt, quid aliud ſignificant quā Dei cultum ſine calamitate non negligi? ingens filiorum Neptuni numerus præterea quid niſi mariſ fertilitas eſt? Nam niſi tantam filiorum copiam ſquammoſis illis marinis gentibus natura dediſſet, facile futurum erat ut mare

mare piscibus orbatum haberemus; quippe cum vix tanta sit feracitas aquarum, quanta est voracitas piscium. Hæc ipsa causa fuit cur crudeles Neptuni filii dicerentur omnes. Nunc quid sub his lateat ad humanae vitaे initiationem spectans, explicemus. Ac primum cum virtutum omnium princeps & Regina sit, ut ita dicam liberalitas & munificens, que non nisi ad Deum vel ad Reges pertinet, omnium viatorum grauissimum merito iudicabitur acceptorum obliuio, que non nisi in sordidos animos cadere potest. Ea de causa fixerunt antiqui quod Neptunus gratias retulit Delphino pro accepto beneficio: atque ut eterna huius facinoris memoria, & ad beneficentiam adhortatio ad posteros manaret, numerus & ordo quidam stellarum Delphi ni nomine in eius honorem fuit appellatus. Quod autem ob neglectos Deos Laomedon penas persoluerit, multasque calamitates subierit, id etiam ad religionem Deorum immortalium homines impellit: quoniam qui pie sancteque per probitatem & integritatem vitaे Deum coluerit, quique illa que instituta sunt a sapientibus, Deo persoluerit, ille solus Deum placatum in omne tempus habebit, multa incommoda deuitabit, & se in omni molestia rectorum consiliorum conscientia consolabitur. Qui vero beneficiorum omnium autorem omniumque patrem Deum neglexerit, quo pacto vir iustus, & bonus & temperans esse poterit? aut si nihil horum poterit, quo pacto non in multis calamitates illabetur? Nos igitur ad religionem, & ad memoriam acceptorum beneficiorum sempiternam per hanc Laomedontis fabulam sapientes antiqui adhortabantur: fortunæque in constantiam ante oculos proponebant, cum vel Dii inhumaniter agentes aduersus Iouem de celo expulsi coacti sint homini seruire. Imprudens est omnino Theseus, qui filio Hippolyto mortem à Neptuno precatus fuit, quem falsò nouerca Phœdra apud Theseum accusauerat, quod eam de illo pro interpellasset, at id tamen Theseo concessit Neptunus. Quid hoc est nequit? Di boni carissimis illa concedere, que in omne tempus pernitsiosa futura sunt? nam phocas Neptunus in equos Hippolyti iuxta mare equitantis immisit, quibus in fugam versis ille disceptus fuit. Cui tamen Hippolyto Diomedes lucum eximia pulchritudine posita dicas cum delubro, & antiqui operis simulacro, ac rem diuinam primus omnium fecit, ut ait Pausanias in Corinthiis: & apud Træzenios virginis sibi succisum capillum ante nuptias in eiusdem templo consecrabant. voluerunt igitur antiqui per has ambages verborum nos adhortari ut exquo animo esset: si quando ad nostra vora Dii surdi viderentur, quoniam pernitsiosa scepia expertuntur ab ignatis hominibus, & que maximo derimento impetrantibus in posterum sunt futura. Sapienter ideo dictum est ab illo poeta;

Nil ergo optabunt homines: si consilium vis,  
 Permitte ipsi expendere numinibus quid  
 Conueniat nobis; rebusque sit utile nostris.

Quod autem hæc huius rei causa facta sint, vel ex eo pater, quod omnium mortaliū imprudentis iniū & crudelissimum finxerunt Neptunum. Quis enim vir bonus esse poterit, qui causam ignorat iudicari? aut qui pro vel carissimorum precibus viros bonos & iustos & temperantes trucidari, vel condemnari, quo pacto non sceleratus & nefarius esse poterit? Non fuit igitur Deus sapiens Neptunus, sed neque bonus quidem, aut iustus si tam iniqua filio Theseo concessit: que de Deo dicenda omnino non sunt cum

O a hæc

## Mythologiarum.

huc solum institutionis ergo sint inservient. At de Neptuno satis, nunc dicamus de Plutone.

De Plutone.

Cap. I X.

**P**luto quem inferiorū Deū putarunt antiqui, natus est ex Opī & Saturno: ut dictum est, isque vna cum Ioue militauit, & post varias victorias, certaque gloriarū felices successus cū Ioue & Neptuno iactis sotibus tetrarū mūdiq; totius, vt aiunt, imperiū diuisit: cui Hispaniarum, & locorum omnium ad occidentē solem obtigit imperium. Scripū reliquit Pausanias in Atticis Plutonis & Amphiarai statuas quodā in loco fuisse. Apud Athenienses, vbi Pluto puer à Pace nutrice portabatur. Fama est hūc claves habuisse pro insigne, sicuti sceptrū Ioui, & Neptuno tridens tribuebatur, vt idem Pausanias ait in prioribus Eliacis. Et Orpheus in hymno in Plutonē idē affirmauit his verbis;

*Hanc tuas te auctiōnes dācis abūdās amāris.*

Pluto qui terræ claves & regnū gubernas.

Plutonem præterea fuisse opulentissimū Deū, & in Heberia apud Pyrenæos montes habitare memoriz prodidit Strabo lib. 3. Geographiz. Hunc defunctorū Deum esse crediderūt, quē appellarent Deū terrestrem, cui sacra faciebat pro defunctorum manibus, vt testatur Euripides in Phoenissis;

*et sic plū locutora xpī vīs nō vidērīt.*

*et pātēt pātēt, qādīt pātēt nō vīdērīt.*

Cum iusta soluit mortuis viuis, decet

Deum simul terrestrem honore prosequi.

Quo vero tempore illi sacra huc fierent, Februus vocabatur. Plutonem howeverunt antiqui in currū vehi atrorum equorum, vt testatur Ouidius libro Metamorph. quinto;

Hanc metuens cladem tenebroſā ſede tyrannus

Exierat; currūq; atrorum inuectus equorum

Ambibat Siculix cautus fundamina terræ.

Aiunt hunc Deum aliquando grauiter tulisse, quod solus omnium Deorum celibem & filiis carentem vitam traduceret, cum tanti imperii Deus esset, neque villam inueniret quæ ſibi nuptiū daretur: quippe cum & Iouis eſſet frater, & Deorum omnium opulentissimus. Nulla enim Dea illum ob deformitatem & obscuritatem Regni matritum eſſe ſuum pati poterat. Ille igitur hac opinione, vel, vt verius dicam, hoc animi furore agitatus atrorum equorum currum conſecendit, & in Siciliam peruenit. Ibi forte Proserpinam Ceteris filiam inter ceteras virginis flores colligentem viſam adamauit; quippe cum omnes illas & forma & corporis elegantia antecellerebant. Hanc

igitur rapuit, & in currū ad fluvium Chemarum deportauit; vnde ad ſua regna, quæ ſub terris eſſe putantur, deportauit, vt testatur Pausanias in Corinthiacis, & Claudianus tem totam carmine elegantissimo complexus eſt. Magno in honore fuit in Pylo Pluto, templumque eius ibidem magnificissimum, vt ait Strabo libro octavo. Neque procul diſtar a Pylo mons, qui vocatus fuit Menthes, a Menthe Plutonis pelice, quam dolo circumuentam Proserpinæ in herbam horrensem ſui nominis mutauit. Testatur idem Strabo libro nono ad ripas Coralii fluvii, vbi ſacra fiebant Pambrötia, conſtruētam fuisse ob myſticam quandam cauſam Plutonis ac Palladis aram communem.